AUTHOR:

SIHLER, THEOPHIL

TITLE:

DE PARODIIS EIS QUIBUS EXPRIMITUR...

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1875

Master Negative #

93-81213-26

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

887 Sihler, Ernest, Gottlieb. 1853-1942
24 De parodiis eis quibus exprimitur a comicis Graecis judicium seu censura...
Lipsiae 1875. O. 31p.

34285

No 13 of a volume of pamphlets.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 3/26/93 INITIALS BAP
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

No. 13.

DE PARODIIS EIS QUIBUS

EXPRIMITUR A COMICIS GRAECIS

IUDICIUM SEU CENSURA

DISSERUIT

THEOPHILUS SIHLER

INDIANENSIS

EX URBE FORT WAYNE ORIUNDUS.

Ἀνδρῶν δὲ πολλοὶ τοῦ γέλωτος οὕνεκα
ἀσκοῦσι χάριτας κερτόμους. ....
Euripides. Melanipp. vinct.
fr. 29. Dind.

Ἕλληνές εἰσιν ἄνδρες οὐκ ἀγνώμονες,
καὶ μετὰ λογίσμου πάντα πράιτουσίν τινος.
Menander. fab. incert. fragm. 267.

LIPSIAE

TYPIS FR. ANDRAEI.

MDCCCLXXV.

DE PARODIIS EIS QUIBUS EXPRIMITUR A COMICIS GRAECIS IUDICIUM SEU CENSURA

DISSERUIT

THEOPHILUS SIHLER

INDIANENSIS

EX URBE FORT WAYNE ORIUNDUS.

Ἀνδρῶν δὲ πολλοὶ τοῦ γέλωτος οὕνεκα
ἀσκοῦσι χάριτας κερτόμους. ....
Euripides. Melanipp. vinct.
fr. 29. Dind.

Ἕλληνές εἰσιν ἄνδρες οὐκ ἀγνώμονες,
καὶ μετὰ λογίσμου πάντα πράιτουσίν τινος.
Menander. fab. incert. fragm. 267.

LIPSIAE

TYPIS FR. ANDRAEI.

MDCCCLXXV.

To Prof. Drisler
the author.
Begging pardon for
very many misprints
and some mistakes.

Fuerat disputatio haecce in propria sede caput alterum libelli amplioris, in quo de omnibus. parodiis Comicornm Graecorum in genere actum fuerat.

Rerum Atticarum — eorum praecipue temporum, quibus per imperium nimis populare ipsae delabebantur ad virium inopiam et pristinae virtutis egestatem — licet extiterint vituperatores quam plurimi, neminem puto esse quin admiretur censuram illam quae exercebatur, non in litterarum annalibus a parvulo doctorum hominum grege ut hodie fieri solet, sed in ipso quasi victu civium a civibus, et quidem in eorum quoque usum, qui non erant inter opulentissimos nec artis doctrina imbutos. Etenim universa quaedam erat illorum temporum politior humanitas, cum in scena Bacchi censura ageretur non solum morum, sed omnium eorum quae in publicam notitiam cadere poterant. Atque quidem parodia quam habilis fuerit in rem censurae ac judicii, seu exaggerando seu contorquendo, transferendo integram rem seu imitando totius generis speciem eorum quae notatione reprehensione correctione digna visa fuerint, — non est quod moneam. Praeter poetas vero sententias philosophorum et quantulumcunque orationum ratione parodiae a comicis tractatum in reliquiis com. exhibetur, nec non chresmologos in brevi

conspectu positum fore in hocce capite altero, consentaneum[1]) puto esse cum eis, quae de finibus parodiae disputavi in prooemio libelli.

---

§ 1.

Pherecrates[2]) per parodiam illusit verbum *χυτρίζειν* cum significatione interficiendi a Sophocle usurpatum fortasse quod translatio ea parum digna visa fuerit sermone tragico. (fr. incert. 81). Strattis Comicus quasi proposuisse sibi videtur, Euripidis fabulas perstringendo frangere et perdere[3]) (*διακναίειν*) ita quidem ut quae singula parum recta visa fuerint, diligentissime notaret. Scripsit quidem integras comoedias Medeam et Phoenissas quarum duo fragmenta ostendunt rationem censurae. Euripidis in Phoenissis Jocasta conciliatura filios invicem

460 *παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σοφόν· ὅταν φίλος τις*
ἀνδρὶ θυμωθεὶς φίλῳ ἐς ἓν ξυνελθὼν ὄμματ᾽ ὄμμασιν
διδῷ ἐφ᾽ οἷσιν ἥκει. ταῦτα χρὴ μόνον σκοπεῖν ...

quod indicaturus Strattis non tam sapientiae sed communis intellegentiae esse, suam facit Jocastam loqui fr. 1:

παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σόφον ὅταν φακῆν
ἕψητε, μὴ ᾽πιχεῖν μῦρον.

Apud Euripidem cum (v. 545). Jocasta dixisset etiam solem lunamque hominum inservire commodis suo quemque more neque vero inter se contendere

546 *εἶθ᾽ ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς, σὺ δ᾽ οὐκ*
ἀνέξει δωμάτων ἔχων ἴσον —

quod argumentum magis scholas rhetorum olere quam Jocastae convenire putaverit Strattis; ejus dicit Jocasta:

---

1) Cum ceterum aliud sit explicare judicii originem et naturam, aliud, disserere an rectum et justum fuerit, prius proprium est instituto disputationis meae. Hartungius quidem continuo confudisse videtur utrumque.

2) Idem quid in verbis Electr. 68 *ὦ γῆς ἰσόμοιρος ἀήρ* reprehendendum habuerit, parum liquet. Equidem parodiam capiti priori potius adscripserim.

3) Id quidem (*Ανθρωποῤῥαίστης* fr. I) quasi proprium ac suum sibi vindicat.

εἶθ᾽ ἥλιος μὲν πείθεται τοῖς παιδίοις
ὅταν λέγωσιν „ἔξεχ᾽ ὦ φίλ᾽ ἥλιε.“ —

Ceterum non admodum dolendum puto quod comicorum istorum minorum gentium judicia pleraque non servata sint; etenim illi[4]) ut non ex suis ipsorum ingeniis hausisse omnino videtur consilium et rationem vocandi in censuram Euripidem aliosque poetas, ita plerumque temere nec certis de scenica arte opinionibus innixi parvis rebus animos attendisse videntur ut Plato notavi tabundantiam sigmatum apud Euripidem (*Ἑορταὶ* I) — Aristophanes vero et ex animi sententia rem egisse et certis usus esse notionibus videtur in eis quae in judicium vocavit.

Atque quidem Aristophanes[5]) quod primarium sequi deberet omnis poeta id esse putavit, ut meliores fierent probioresque cives urbis (Ran. 1008 sqq). Quae quidem sententia ejus tam late patet, ut omnia paene singula quae hic afferenda sunt, ad ipsam rettulerimus. Gravissime igitur reprehendit locos praecipue eos, qui quasi breviter et concise morum corruptorem ostenderent esse Euripidem, ut illud Hippolyti (612) *πολυθρυλητὸν*, „*ἡ γλῶσσ᾽ ὀμώμοχ᾽ ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος* ...“ Mnesilochus igitur tenere jubet Euripidem ipsius sententiam Thesm.

275 *μέμνησο τοίνυν τοῦτ᾽ ὅτι ἡ φρὴν ὤμοσεν*
ἡ γλῶσσα δ᾽ οὐκ ὀμώμοκ᾽ οὐδ᾽ ὥρκωσ᾽ ἐγώ.

Brevium earum sententiarum quibus maxime offensus fuisse videtur Ar., erat illa ex Aeoli fabula (fr. 29 Nauck.) qua ute-

---

4) Non Cleonis modo irrisionem Hyperbolique, ad taedium repetisse videntur, sed etiam Euripidis postquam Ar. Achern. suos docuit. — Pac. 739. *κατέπαυσεν*
εἰς τὰ ῥάκια σκώπτοντας ἀεί.

5) E. Mueller Theorie der Kunst bei den Alten p. 205. Bernhardy Litt. Gr. II. 2, 395 sq. 400, 418, 422 sq. 437, 442, 627 sq. O. Mueller, Litt. II. 246 sqq. Stallbaum de persona Euripidis in Ranis Aristoph. Lps. 1843. Ribbeck, Die Dramatischen Parodien bei den Attischen Komikern 1864, [illegible] 277 sqq. Hartung, Euripides restitutus I. p. 316 sqq. Rudloff de Aristophane Euripidis irrisore. Berol. 1865 qui agit I. de Euripide privato II. de Euripide Sophista. III. de Euripide poeta. Quibus adde quae Kockius commentatus est in sua Ranarum editione. II. 1868.

batur nimis subtiliter Macareus defendens se propter incestum amorem sororis *τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;* Ipsius ergo argumento Euripidem refutat Bacchus cum praeter promissum Aeschylum reducit in terram: *τὶ δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖς θωμένοις δοκῇ;* Addit consolationem ex Euripidis Polyido desumptam *τίς οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, Τὸ πινεῖν δὲ δειπνεῖν, τὸ καδεύδειν κώδιον.* —

cf. Polyid. fr. 639 N. *τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται;* —

Aristophanes eam hominum qui in tragica procedebant voluit esse indolem quae conveniret heroibus aliquantum supra communium hominum indolem elevatis et eam qua spectatores ad altius fastigium morum ac sententiarum appetendum excitarentur et elevantur. Gravissime igitur displicebant qualia exprimere ingenia solebat Euripides, callida lubidinosa studio ulciscendi et insidias struendi dedita, et ea[6]), quae ut quam longissime erant infra fastigium illud Aeschyleum, ita communium hominum qui sunt affectus, nequitia, calliditasque, unice accurate exhibebant. Nec non multus erat poeta *τραγικώτατος* in commovendo commiserationem quasi in dicasteriis Atticis, qua quidem in re non abhorrebat ab adminiculis vilium vestium et externi omnino apparatus adhibendis. — Talis quidem processit etiam Telephus Mysius, cum (in fabula Euripidea Telephi) Argi in urbe coram ducibus Graecis causam suam ageret; cujus habitum[7]) igitur Dicaeopolis Aristophaneus ab Euripide petit ut causam suam agat ageret coram Acharnensibus cum successu quam faustissimo; et cum apud Euripidem Telephus dixisset:

> *Ἀγαμέμνον, οὐδ' εἰ πέλεκυν ἐν χεροῖν ἔχων μέλλοι τις εἰς τράχηλον ἐμβαλεῖν ἐμόν, σιγήσομαι δίκαια ἀντειπεῖν ἔχων ...*

6) *Σκήνας καταλαμβ.* fr.
τους νοῦς δ' ἀγοραίους ἧττον ἢ κεῖνος ποιῶ.
cf. Menelaum Hermionam Helenam Orestem Clytaemnestram Ulixem Jasonem quales Euripides expressit.

7) Maxime insignem fuisse et prae ceteris ea in re praestitisse, inde efficitur quod Dicaeopolis Bellerophontis Inus Oenei Phoenicis Philoctetis apparatum rejicit.

Dicaepolis etiam ampliora offert cum arguit capite *ἐπιξήνῳ* imposito non esse se proditorem (ut ille non esse se speculatorem dixerat) —

> *μή μοι φθονήσατ' ἄνδρες οἱ θεώμενοι εἰ πτωχὸς ὢν*
> *ἔπειτ' ἐν Ἀθηναίοις λέγειν μέλλω.*

Maximopere quoque offendebatur haud dubie Aristophanes quod videbat ab Euripide produci heroum personas versatas in ipsis eis rebus, quae tum quidem in eruditione ac philosophando vel rhetoricis dialecticisque rebus inveniebantur aut in Atticorum hominum notitiam primum veniebant, quo fiebat ut cum antiquissimis consociarentur recentissima et ea quidem quae aut spernebat Aristophanes aut etiam perniciosa reipublicae aut nugas quidem habebat. Ita Euripidis Palamedes cum multa de eruditione et politiore humanitate declamasse tum quantum ipse meritus sit inveniendo litterarum discrimina, consonantium vocaliumque, fusius explicasse videtur.

(fr. 582 N.) *ἄφωνα καὶ φωνοῦντα συλλαβάς τε θεὶς*
ἐξηῦρον ἀνθρώποισι γράμματ' εἰδέναι
ὥστ' οὐ παρόντα ποντίας ὑπὲρ πλακὸς
τἀκεῖ κατ' οἴκους πάντ' ἐπίσταθαι κάλως .....

quod quidem cum non tam esset, heroum indolem exprimere quam Protagoream disciplinam in scena tragica proferre, non injuste egisse videtur Ar, quod frigidam fabulam vocavit et per parodiam perstrinxit in Thesmophoriazusis. Ibi enim Mnesilochus a mulieribus detectus circumdatusque pendens rationem salutis imitatur modum quo Palamedis frater Oeax apud Euripidem indicabat patri mortuum Palamedem —:

776 *ὦ χεῖρες ἐμαὶ*
ἐγχειρεῖν χρὴ ἔργῳ πορίμῳ.
ἄγε δὴ πινάκων ξέστων δέλτοι
δέξασθε σμίλης ὅλκους
κήρυκες ἐμῶν μόχθων ....

Inseruit Aristophanes quo gravius illud notaret, *τουτὶ τὸ ῥῶ μοχθηρόν. κ. τ. λ.* Aliud quod etiam minus proprie Euripides tribuit herorum personis nonnullorum erat doctrina Anaxagorea[8]) de natura rerum origineque, quam cum in aliis

8) cf. Valckenaer. Diatribe cap. IV sqq. Ceterum parum secutus videtur insignis vir. historicam rationem judicandi cum scripsit: ,,Euripides, si

fabulis, tum in Melanippa *τῇ σοφῇ* luculentissime exhibuit qua in re si alicubi approbo rationem judicii Aristophanis. Illa enim in fabula cum virgo a Neptuno vitiata partum editum apud boves occulisset, et in eo esset ut cremarentur infantes, Melanippa, probatura non esse utique prodigium, in exordio orationis exponit Anaxagorea [9])

κοὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα,
ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία·
ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχᾳ
τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος. κ. τ. λ.

Euripides igitur ipse in Thesmoph. initio satis spinose et subtiliter docens quae videnda quae audienda, denique discrimen explicat quod intercedat inter audiendum et videndum

v. 13 *οὕτω ταῦτα διεκρίθη τότε·*
αιθὴρ γὰρ ὅτε τὰ πρῶτα διεχωρίζετο
καὶ ζῶ' ἐν αὐτῷ ξυνετέκνου κινούμενα
ᾧ μὲν βλέπειν χρὴ πρῶτ' ἐμηχανήσατο κ. τ. λ.

Helenam Euripidis quam recte novam appellavit Aristophanes cur in Thesmoph. per parodiam imitaretur, non est quod fusius explicemus, cum et Stesichorea ratio mythi quam in tragoedia exhibuerat Euripides, et calliditas *μηχανήματος* usurpati ad Theoclymenem decipiendum et aufugiendum satis offendisse videantur Aristophanem, nec non singula multa ut prologus Helenae. Etiam Andromedam et ipsam anno 411. doctam in usum suum convertit Aristophanes, non temere vero, cum quidem et novationem satis insolentem Echus inseruisset Euripides et Perseum heroem Medusarum interfectorem puellae tenerae similiter amore quam acerrimo affectum et multa declamantem de momento ac vi amoris expressisset. Rationem vere facetiae Comici hac inprimus in re tam accurate explicaverunt Fritschius in Ed. Thesm., Taeuberus, De usu parodiae apud Aristophanem. prolus. Gymn. Joach. Berol. 1849 pag. 35 sqq. Ribeckius, ut non habeam quod amplius accuratiusque addam.

quis alius praeter Socratem indignissimus qui toties turpiter violatus a comico in scena agitaretur."

9) Rem aeque absurdam puto ac si Shakespeare si nunc quidem viveret Imogenae suae vel Lady Macbeth tribueret declamanda placita physicorum qui nunc sunt ut evolutionem quae dicitur Darvini.

Venimus jam ad parodias eas quibus de singulis Euripideae rationis tragoediae partibus censuram expressit Aristophanes.

Atque quidem p r o l o g i s Euripideis objecit Aristophanes, quod non diverbiis initio factis status rerum ostenderetur sed ab unaquaquam personarum longam orationem declamante atque enarrante seriem eventuum ex primis stirpis fatis usque ad sua ipsius tempora, sermone longiore quam venustiore neque pro peculiari indole personae loquentis. Moris tritissimi quin taeduerit non Aristophanem solum non dubium videtur praesertim cum in mentem revocaris ter quaterve in paucarum horarum spatio eandem speciem exordiorum audiendam fuisse spectatoribus (cf. Kock. ad Ran. 1200). Habes in Aeolosicone Aristoph.

fr. 7. *Ἥκω Θεαρίωνος ἀρτοπώλιον*
λιπών, ἵν' ἐστὶ κριβάνων ἑδώλια·

cf. Troad. Eurip. I. *Ἥκω λιπὼν Αἴγαιον ἅλμυρον βάθος*
πόντον Ποσειδῶν ἔνθα Νηρῃδῷν χόροι etc.

Jon. 5. *Ἥκω δε Δελφῶν τήνδε γῆν, ἵν' ὄμφαλον*
μέσον καθίζων Φοῖβος ὑμνωδεῖ βροτοῖς.

Rationis Euripideae gentis conditores et fata enarrandi parodiam an exprimere voluerit Aristophanes in versibus Ach. 47 sqq. nescio; Scholiasta quidem quae dicit: „Haec loquitur facete irridens Euripidem qui multus est in enarrandis gentibus („*ἀεὶ ἡδέως ἀπαγγέλλοντα τὰ γένη*") priorum videntur esse commentatorum, Didymi fortasse. Versib. ll. Amphitheus immortalem se esse dicit.

ὁ γὰρ Ἀμφίθεος Δήμητρος ἦν
καὶ Τριπτολέμου· τούτου δὲ Κελεὸς γίγνεται·
γαμεῖ δὲ Κελεὺς Φαιναρέτην τήθην ἐμὴν
ἐξ ἧς Λυκῖνος ἐγένετ'· ἐκ τούτου δ' ἐγώ. [10])

C h o r i c o r u m Euripideorum species ostenditur per parodiam ab Aeschylo Ran. 1306 sqq.

Ἀλκυόνες, αἳ παρ' ἀενάοις θαλάσσης
κύμασι στωμύλλετε

10) Ceterum conf. etiam exordium Eccles. Aristoph.
Ὦ λαμπρὸν ὄμμα τοῦ τροχηλάτου λύχνου
κάλλιστ' ἐν εὐσκόποισιν ἐξηρτημένον
γονάς τε γὰρ σὰς καὶ τύχας δηλώσομεν·

τέγγουσαι νοτίοις πτερῶν,
ἰανίσι χρόα δροσιζόμενοι· κ. τ. λ.

Unde liquet Aristophanem vituperare quod in Euripidis choricis inesset nimia mollities et artificiosa colorum varietas, parum cohaerentibus sententiis cum invicem tum cum actione fabulae, cum quidem chorus paene desineret apud Euripidem proprias partes agere nec multum jam diversa essent chorica Euripidea ab embolimaeis carminibus qualia Agatho fabulis suis inseruit. Similiter, nempe alia fingendo omnino, alia ut in centone connectendo, instituit parodiam Aristophanes speciei (*τρόπου*) monodiarum Euripidis, quae cum novata omnino essent ab Euripide tum multa habebant quae in reprehensionum caderent. Cum quidem Aristophane somnem mollitiem a tragoedia sejunctam esse vellet, inerat in monodiis Euripideis uberrima affectuum effusio et mollities, prorsus neglecta versuum ratione antistrophica, cum modi quam maxime varii convenientes cum variis concitationibus animi in una atque eadem monodia prolati fuisse videantur; (cf. Aristotet. Probl. XIX 6. p. 918 a. 11. 12. *παθητικὸν γὰρ τὸ ἀνωμαλὲς καὶ ἐν μεγέθει τύχης ἢ λύπης*) quo accedebat quod res quae volvebantur saepe satis leves ac minoris momenti erant quam pro tanta affectuum profusione.

Ran. 1331. *ὦ Νυκτὸς κελαινοφαὴς*
ὄρφνα, τίνα μοι
δύστανον ὄνειρον κ. τ. λ.

nimirum lamentatur muliercula aliqua gallum gallinaceum, cum ipsa dormiverit, a vicina muliere abreptum fuisse; quam rem vilem exhibet admodum flebiliter et affectuose; nec non repetitione verborum notatur *σχετλιασμὸς* qualem ad augendum affectum adhibere Euripides adamabat.

1338 — *φόνια φόνια δερκόμενον*
μεγάλους ὄνυχας ἔχοντα ......
1352 *ὁ δ' ἀνέπτατ' ἀνέπτατ' ἐς αἰθέρα*[11])

11) Etiam clarior fit res cum versus vernaculo reddideris sermone:
Er entflog, ach entflog in den Aether hinein,
Auf leichtesten Spitzen der Schwingen,
Jammer, ach Jammer nur liess er zurück,
Thränen, ach Thränen aus den Augen mein
Vergoss ich Arme. —

κουφοτάταις πτερύγων ἀκμαῖς·
ἐμοὶ δ' ἄχε' ἄχε' κατέλιπε
δάκρυα δάκρυα τ' ἀπ' ὀμμάτων
ἔβαλον ἔβαλον ἁ τλάμων.

Agathonis[12]) tragici luculentissima praebetur parodia ibi, ubi Euripides Mnesilochusque petunt ab illo vestimentum quidem muliebre, cum ipse molliculus homo noluerit abire speculaturus in contione mulierum. Offendebat Aristophanem ut Gorgiana ars rhetorica adhibita ab Agathone in componendo voces novas, in excudendo sententias, inserendo rhetoricas sermoni figuras; — ita blanda illa mollities quam a recta ratione tragoediarum quam maxime alienam esse putavit comicus, quam igitur luculentissimo specimine[13]) imitatus est Thesm. 43 sqq.

ἐχέτω δὲ πνοὰς νήνεμος αἰθήρ,
κῦμα δὲ πόντου μὴ κελαδείτω
γλαυκόν ....
πτηνῶν τε γένη κατακοιμάσθω
θηρῶν τ' ἀγρίων πόδες υλοδρόμων
μὴ λυέσθων.

Ceterorum quidem tragicorum poeseos desunt circa quae censura exhibeatur parodiae Aristophaneae, licet non desint judicia expressis prolata verbis, ut Morsimus vocatur frigidus, Xenocles malus poeta; Stheneli quidem verba (Gerytad. fr. 9) non nisi sale et aceto admixtit devorari posse.

12) In Alteris Thesmophoriazusis rhetorica ars Agathonis magis in judicium vocata fuisse videtur cf. fr. 9. „*ἀντίθετον* Agathonis more inventum", add. Agath. fr. 6, 11, 12 N. Quibus add. Platonis Conviv. 194—197 et optimam disputationem Lindemanni. „De Agathonis oratione quae est in convivio Platonis." Dresd. 1871.

13) Quod ut non parodiam dicam tantum abest ut potius talem habeam qua maxime excluceat ars Comici conficiendarum parodiarum. Etenim Aristophanes non illud agit ut Platonica ratione mimographica indolem tantum ingeniumque exprimat, sed ut irrisionem et reprehensionem edat.

De Dithyrambis autem extant apud nostrum judicia etiam parodiis expressa ut de Cinesia inprimis; qua in re dolendum est quod nec musicam illius artem quae cummaxime ab Aristophane vituperabatur, auribus subjicere possumus nec ipsius poeseos habemus specimina quibus adhibitis videamus in quantum accuratam imitationem, in quantum exaggerationem habeamus.

Atque quidem Cinesias ea praecipue in re novator extitisse videtur quod apud eum, missa omni ratione antistrophica, novi continuo modi musices sequerentur tales qui convenirent cum vocibus sententiisque tumidis et inordinate provolutis ac profusis. (Aristoteles Problem. 1915. *καθάπερ οὖν καὶ ῥήματα, καὶ τὰ μέλη ἠκολούθειν αεὶ ἕτερα γινόμενα* ... Aristoph. Nubb. 333 *„ἀσματοκάμπτας“*). In Nubb. 335 igitur Strepsiades jam intellegere se dicit quam necessaria intercedat nebulis ratio cum nebulonibus illis quippe qui inde hauriant sua qualia sint 335 sq. — (specimina haud dubie genuina poeseos Dithyramborum illorum) —

„ὑγρᾶν Νεφελᾶν στρεπταιγλᾶν δάϊον ὁρμὰν
πλοκάμους θ᾽ ἑκατογκεφάλα Τυφῶ, πρημαινούσας τε
θυέλλας“, κ. τ. λ.

pro quibus deinde ingurgitent *κεστρᾶν τεμάχη μεγαλᾶν ἀγαθᾶν, κρέα τ᾽ ὀρνίθεια κιχηλᾶν.“* In Avibus in eorum qui plumas recepturi adveniunt numero est etiam Cinesias, cum cupiat ad nubes sursum volare unde pendat cum omnis ars sua, tum praecipue carminum prooemia (*αναβολαί.*). Habemus imitationem haud dubie satis accuratam speciei poeseos Cinesiae v. 1392 sqq.[14])

ἅπαντα γὰρ δίειμί σοι τὸν ἀέρα.
εἴδωλα πετεινῶν
αἰθεροδρόμων
οἰωνῶν ταναοδείρων.
τὸν ἁλάδρομον ἁλάμενος
ἅμ᾽ ἀνέμων πνοαῖσι βαίην ......

---

14) Schol. ad. v. 1693 *πλείστη γὰρ αὐτῶν ἡ λέξις τοιαύτη, ὁ δὲ νοῦς ἐλάχιστος, ὡς ἡ παροίμια „καὶ διθυράμβων νοῦν ἔχεις ἐλάττονα.“* add. 1395. *ἔνια τῇ συνθέσει ἀδιανόνητα ποιοῦσιν.“*

1398 *τοτὲ μὲν νοτίαν στείχων πρὸς ὁδόν*
τοτὲ δ᾽ ἂν βορέᾳ σῶμα πελάζων-
ἀλίμενον αἰθέρος αὔλακα τέμνων.

Post Cinesiae tempora Dithyrambi inceperunt actionem quandam exprimere qualis erat Cyclops Philoxeni Citherii quem Athenaeus (I. 7 a) narrat in Dionysii irrisionem compositum fuisse, quem vero Athenis quoque in scenam productum fuisse necessarie inde efficitur quod Aristophanes in Pluto introducit Carionem invitantem agricolas ut se sequantur in similitudinem Cyclopis apud Philoxenum; finxit quidem Aristophanes omnia praeter verba: *ἀλλ᾽ εἶα τέκεα θαμίν᾽ ἐπαναβοῶντες.* An per cetera quae quidem lasciviora sunt, speciem carminis Philoxenei imitari voluerit, jam haud satis liquet.

Mediae[15]) comodiae quae extant reliquiae licet exiliores sint, quam ut intelligamus quanta fuerit illa ubertas parodiarum poeseos — cujus quidem indicium est satis idoneum titulus libri Antiochi *περὶ τῶν ἐν τῇ μέσῃ κωμῳδίᾳ κωμῳδουμένων ποιητῶν*, Ath. XI 482 c. — supersunt tamen censurae quam exercebant mediae com. scriptores, specimina haud spernenda. Ceterum alia facta erat poetica materies parodiarum, neque sententiae comicorum jam eadem quae fuerant vigente Aristophane, quoniam ex ipsorum adulescentium eorum qui Euripidea imbuti fuerant eruditione, numero procederent qui deinceps ab Antiphane fabulas comicas docebant.

Atque ipse quidem Antiphanes laudat Philoxenum dithyrambum quam maximopere in Tritagonista (fabula post annum 380, quo obiit Ph., docta) quod quasi deus inter homines fuerit[16]). Timothei[17]) vero dithyrambi notasse videtur satis diligenter singula, ut metaphoras insolentiores in Caeneo:

---

15) Meinek. Hist. crit. Com. p. 285 sqq.

16) Probat quam maximopere quae fuerint illius voces peculiares et novae nec non musices immutationes. — Ceterum tunc temporibus quam plurimum vulgo tractatam fuisse poesin, inde effeceris quod Antiphanes (in *Ποιησις* fab.) quasi ex instituto scholae disserit de commodis quae sint tragoediae pro universa ejus ratione; adde Timoclis *Διονυσιαζούσας* — ubi exponitur de utilitate tragoediae in quodammodo afficiendo animos.

17) Timotheus quidem notationem haud dubie etiam ipse excitavit (cf. fragm. 9, 10 B) nimia de ipsus arte gloriatione. —

Εἴ τῃ δῆλος φιάλην Ἄρεος
κατὰ Τιμόθεον, ξυστόν τε βέλος .....

Turgidam Timothei orationis speciem irridet Anaxandrides in Aeschra

„Ἀρτίας διηρτάμηκε καὶ τὰ μὲν διανεκῆ
σώματος μέρη δαμάζετ ἐν πυρικτίτοισι γᾶς ...“
Τιμόθεος ἔφη ποτ', ἄνδρες, τὴν χύτραν οἶμαι λέγων.

Timotheae quoque vocis (cujusdam), nimirum metaphorae satis insolentis parodia fuisse videntur verba „Vulcani canes“ pro voce carbonum seu scintillarum apud Eubulum in Othrane I 7

ῥιπὶς δ' ἐγείρει φύλακας Ἡφαίστου κύνας

eadem verba apud Alexidem in Milesia pro scintillis

v. 16 *ἤδη πυκνοὶ δ' ἄττουσιν Ἡφαίστου κύνες*
κούφως πρὸς αἴθραν ....“

Cum ceterum inspicimus frustula reliquiarum Timothearum, invenimus vini et aquae verba expressa metaphoris hisce (Cyclop. fr. 4.) —

„ἔμισγε δ'
αἷμα Βακχίου νεοῤῥύτοις δακρύοισι Νυμφᾶν —“

coelum fr. 2 *„κυάνεον πόλον ἄστρων — —*

amorem exprimit fr. 13 *οἶδ' ὁ πτερωτὸς ἰξὸς ὀμμάτων, Ἔρως*
ὁ Κύπριος κυναγός, ἡ φρενῶν ἄκις.

Quae licet parva sint, tamen non injuste nec temere videor mihi conjicere etiam praeter locos antea allatos quibus in reliquiis nomen Timothei additum est, esse locos nonnullos quosdam qui versentur in perstringendo speciem orationis Timotheae, ut in Antiphanis Aphrodisio aliquis, plana griphis [18]) involvens dicit:

πότερ' ὅταν μέλλω λέγειν σοι τὴν χύτραν, χύτραν λέγω
ἢ „τροχοῦ ῥύμαισι τευκτὸν κοιλοσώματον κύτος
πλαστὸν ἐκ γαίας, ἐν ἄλλῃ μητρὸς ὀπτηθὲν στέγῃ κ.τ.λ.

---

18) Necesse est teneamus placuisse omnino mediae comoediae scriptoribus, subditam illam irrisionem (*αἰνιγματωδῶς σκώπτειν*) minus vero quia timidiores fuerint. Quam aperte et acerbe perstrinxerint nonnunquam satis documento sunt quae Demostheni et aliis objiciuntur cf. Timoclis fabulam *Δῆλος*; Adde quem laudat Clinto Fast. Hell. ed. Krueger. ad ann. 356 *οὐκ ἔστι παῤῥησία πλὴν ἐνθάδε μὲν τοῖς ἀφρονεστάτοις, ἐν δὲ τῷ θεάτρῳ τοῖς κωμῳδοδιδασκάλοις.“* — — Isocrat. de pace 5, p. 761 d.

vinum v. 12 *Βρομιάδος δ' ἱδρῶτα πηγῆς .....*
aqua v. 13 *λιβάδα νυμφαίαν δροσώδη ......*

Similia vitia [19]) sermonis in Chaeremone tragico notabat Eubulus comicus, nimirum translationes frigidiores. Ita aquam expresserat Chaeremo verbis „fluminis corpus“, Eubulus igitur vel verba illa suis inseruit vel integros reddidit versus

Inc. fab. 10 *Ἐπεὶ δὲ σηκῶν περιβολὰς ἠμείψαμεν*
ὕδωρ τε ποτάμου σῶμα διεπεράσαμεν
καὶ ἡμῶν δὲ πᾶσα δύναμις ὑδάτων ἄρδεται.

Simili quidem ratione rosas vocat Chaeremo fr. 13 N.

κόμαισι Ὡρῶν σώματ' εὐανθῆ ῥόδα
εἶχον, ... [20])

Insigne restat et gratissimum est specimen censurae qualem ratione parodiae exercebant comoediae scriptores, ex novissimis comoediae temporibus apud Athenaeum (X 432 c.); nimirum qui historiarum scriptor apud Antiochum regem (Seleuci diadochi filium) plurimum pollebat, praelectiones habuerat publicas Athenis, oratione, ut videtur ea, qua leviuscula magnificis expressa fuerant verbis; quamobrem Epinicus comicus integram fabulam illius nomine insignitam scripsit, qua ipse ille procedit — (vs. 6 sqq. ut monet Athenaeus sunt ipsae voces quales adhibuerat Mnesiptolemus). „Cum vidissem aliquando in aestate bibentem Seleucum regem aquam cum hordeo mixtam, litteris rem mandavi et ostendi hominibus posse me pro vi mea dicendi etiam res perleves reddere digniores:

Γέροντα Θάσιον, τόν τε γῆς ἀπ' Ἀτθίδος
νασμὸν μελίσσης τῆς ἀκροχόλου γλυκὺν
συγκυρκανήσας ἐν σκύφῳ χυτῆς λίθου
Δήμητρος ἀκτῇ πᾶν τε γεφυρώσας ὑγρὸν
κατῃσίμωκα πῶμα, καύματος λύσιν.

---

19) cf. Bernhardy II 2, 61 sqq. et pag. 66 Von fruchtbaren Gedanken, von Genialen oder neuen Motiven erfährt man nichts; die Kunst besteht blos in Rhetorik und verfeinerten Formen.

20) Multi praeterea extant in mediae comoedia reliquiis loci qui cum insigniter exhibeant nobiliorem orationem et poeticis figuris distinctum, tenendum est mediae comoediae scriptores id ipsum quasi proprium et suum exercere adamasse; quod quidem nisi ita se haberet, saepe suspicaremur offendere parodias (locorum vel) speciei tragici sermonis. cf. inprimis Xenarchi Butalionem Mnesimachi Hippotrophum.

§ 2.

Non rite licuit inserere hisce, quae jam in ordine quodam disposuimus, disputationem de parodiis eis quae versantur in censura Chresmologorum; quorum quidem vaticinia belli Peloponnesiaci praecipue temporibus tam crebro venditabantur et speciem certam tam notam omnibus haud dubie habebant et eam formulis expressam, ut parodiae inde haustae perfacile ab omnibus spectatoribus intellectae fuisse putandae sint.

Ipsis belli Peloponnesiaci initiis cum omnes homines paene distenti essent (Thuc. II 8) expectatione futurarum rerum, tum *πολλὰ μὲν λόγια ἐλέγοντο πολλὰ δὲ χρησμολόγοι ᾖδον κ.τ.λ.* Nimirum cum satis perterrefacti essent animi hominum insolentioribus rebus ut terrae motu Deli in insula, solis defectione (Thuc. 228 Plut. Pericl. 34), taeterrima tot hominum undique in urbem confugientium in angustum spatium coactione, denique pestis calamitate dirissima, — insuper excitabantur vaticiniis quae tum quidem, ut fieri solet magna cum fiducia vulgo excipiebantur; neque mirum igitur, quod, cum illa magni fierent frequentissimi existerent venditores. Ei quidem non tam *χρησμῳδοὺς* haberi se volebant nec ipsos auctores vaticiniorum putari, sed vetusta prae se ferebant ex Pythio Apolline vel Bacide vel Musaeo[21]) vel Sibylla olim edita, quae quidem usque ad ea tempora quibus Equites suos docebat Aristophanes, jam jam plus momenti videntur in urbe attinuisse.

Atque causas[22]) quidem quibus commotus Aristophanes castigaverit illos cum inquirimus, non tam ut nequam homines ariolosque eos insectatus fuisse videtur, quam propter rationem rerum civilium. Nimirum qualis intercesserit ratio inter istas et vaticinia chresmologorum liquet et ex Aristophanis Equitum Pacisque fabulis et luculentissimo Amipsiae loco (Conn. fr. 2).

---

21) Quorum omnium, cum jam in bellis Persicis probati essent plurimum valebat apud plebem auctoritas; cf. Herodotum (VIII 77) qui Athenis haud dubie audiverat quae affert vaticinia. Onomacritus ut notum est, in codicem collegerat vaticinia Musaei, quae deinceps, ut videtur ut „Pisistradidarum vaticinia" ferebantur.

22) cf. Rochel „Aristophanes quibus causis commotus oracula eorumque interpretes irriserit." Prolus. Gymn. Neustadt Westpreufsen 1870.

ὥστε ποιοῦντες (scilicet homines populares)
χρησμοὺς αὐτοὶ διδόασ' ᾄδειν
Διοπείθει τῷ παραμαινομένῳ."

Adde Eqq. de Cleone et plebe Atheniensium
ᾄδει δὲ χρησμούς, ὁ δὲ γέρων σιβυλλιᾷ.

Conjurati servi omnem declarant rem confectam cum Cleonis vaticinia surripuerint. Eorum quidem plurima ex suis copiis confecisse videtur comicus, ita vero ut voces[23]) quibus incipiebant vaticinia, accurate praefigeret: *ἀλλ' ὅταν — δὴ τότε* / *φράζευ Ἐρεχθείδη* / *φράζευ δὴ* / *ἀλλ' ὅταν* / *αὐτὰρ ἐπὴν — δὴ τότε* / *ἀλλ' ὁπόταν — ἦν δέ* /. Amplissimam quidem copiam praebent Equites Ar. Demosthenes adhortatus farciminum venditorem ne reformidet a petendo summa rerum, praesto esse dicit vaticinium

197 *Ἀλλ' ὁπόταν μάρψῃ βυρσαίετος ἀγκυλοχήλης*
γαμφηλῇσι δράκοντα κοάλεμον αἱματοπώτην
δὴ τότε Παφλαγόνων ἀπόλλυται ἡ σκοροδάλμη
κοιλιοπώλῃσι δὲ θεὸς μέγα κῦδος ὀπάζει
αἴ κα μὴ πωλεῖν ἀλλᾶντας μᾶλλον ἕλωνται. —

In certamine denique qui faustiora vaticinia prolaturus sit seni domino, victurus declaratur ab eodem; ceterum dicit libentissime auditurum esse se illud in quo „aquila in nubibus"[24]) occurrat. — Priores duo versus vaticinii ejus quo satis argute Paphlago suis rebus studet prospicere, integri videntur translati esse ex nativa vaticiniorum specie

v. 1014 *φράζευ Ἐρεχθείδη, λογίων ὁδόν, ἥν σοι Ἀπόλλων*
ἴαχεν ἐξ ἀδύτοιο διὰ τριπόδων ἐριτίμων ...

---

23) cf. Bacidis apud Herod. VIII 20
φράζεο βαρβαρόφωνος κ. τ. λ.
VIII 77. *ἀλλ' ὅταν Ἀρτέμιδος κ. τ. λ.*
v. 7. *τότ' ἐλεύθερον Ἑλλάδος ἦμαρ.* —
Bacidis de reditu Messeniorum. Paus. IV 27, 4.
καὶ τότε δὴ Σπάρτησ μὲν ἀπ' ἄγλαον ἄνθος ὄλεῖται
Paus. IX 17, 5. *ἀλλ' ὁπόταν Τιθορεὺς* —
v. 4. *καὶ τότε δὴ πεφύλαξο ......*

24) Integrum vaticinii speciem afferunt Scholia: *εὔδαιμον πτολίεθρον Ἀθηναίης ἀγελείης, πολλὰ ἰδὸν καὶ πολλὰ παθὸν καὶ πολλὰ μογήσαν, αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι γενήσεαι ἤματα πάντα.* quod vaticinium primum prolatum fuisse videtur angustissimimis temporibus illis annorum 430 et 429.

add. vers. 1030 sqq. 1037 sqq. 1056 sq. 1059, 1067 sq. Explicationis qualem praebuerint Diopithes ὁ ἐξηγητής aliique, specimen habemus v. 207: longum esse draconem nec non farcimen: tum potare sanguinem utrumque. — In Pacis fabula Aristophanes, cum chresmologi inter primos operam dedisse videantur ne pax fuerit pacta, perstrinxit per parodiam Hieroclem; ubi praetermissis ceteris unum tantum specimen vaticiniorum affero illud quod luculenter exhibere videtur obscuritatem illam qua maximoper obstupuerit plebs; nimirum cum rogavisset Trygaeus cur non scisceretur pax, ille:

1083 *οὔποτε ποιήσεις τὸν κάρκινον ὀρθὰ βαδίζειν.*
1085 *οὐδέποτ' ἂν θείης λεῖον τὸν τραχὺν ἐχῖνον ....*

Quibus aequa reddit Fr., cum negat Hierocli quidquam de carne sacrificii tributum fore

1111 *οὐ γὰρ οἷόν τε*
ἡμῖν προσδιδιδόναι πρὶν κὲν λύκος οἶν ὑμεναιοῖ."
— — ἄλλως, ὦ τάν, ἱκετεύεις·
οὐ γὰρ ποιήσεις λεῖον τὸν τραχὺν ἐχῖνον ....

In Avium fabula in eorum numero qui novae urbis res in usum suum convertere student est etiam chresmologus aliquis qui profert oracula quibus cum Nephelococcygiensium urbi intercedat ratio; etiam hoc loco igitur habemus subobscurorum illorum vaticiniorum imitationem vs. 967

ἀλλ' ὅταν οἰκήσωσι λύκοι πολιαί τε κορῶναι
ἐν ταὐτῷ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος ....

quod explicat homo de aere intelligendum esse — tum

πρῶτον Πανδώρᾳ θῦσαι λευκότριχα κριόν
ὃς δὲ κ' ἐμῶν ἐπέων ἔλθῃ πρώτιστα προφήτης
τῷ δόμεν ἱμάτιον καθαρὸν καὶ καινὰ πέδιλα —

quod si factum fuerit, „aquilam in nubibus" futurum Pisthetaerum. Idem vero refutat ariolum armis ex eodem armamentario desumptis: habere se vaticinium admodum diversum quod ex Pythico (vaticinio) exscripserit

983 *αὐτὰρ ἐπὴν ἄκλητος ἰὼν ἄνθρωπος ἀλαζὼν*
λυπῇ θύοντας, καὶ σπλαγχνεύειν ἐπιθυμῇ,
δὴ τότε χρὴ τύπτειν αὐτὸν πλευρῶν τὸ μεταξὺ κ.τ.λ.

Lysistrata admonitura (v. 770 sqq.) mulieres, ut in consilio perdurent vaticinium profert in suas res spectans:

ἀλλ' ὁπόταν πτήξωσι χελιδόνες εἰς ἕνα χῶρον
τοὺς ἔποπας φεύγουσαι, ἀπόσχωνταί τε φαλήτων
παῦλα κακῶν ἔσται, τὰ δ' ὑπέρτερα νέρτερα θήσει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης.
ἢν δὲ διαστῶσιν χελιδόνες, καὶ ἀναπτῶνται πτερύγεσσιν
ἐξ ἱεροῦ ναοῖο χελιδόνες, οὐκέτι δόξει
ὄρνεον οὐδ' ὁτιοῦν καταπυγωνέστερον εἶναι .....[25])

---

§ 3.

In oratoribus quantacunque praebita fuerit ansa censurae comicorum, per se intelligitur non eandem oblatam fuisse materiem parodiae quam in eis quae jam perlustravimus, sed singula potius seu verba seu sententias vel dictionis peculiaria potuisse utique esse quae in parodiae censuram vocarentur. — Atque Periclis quidem aequales comicos[26]) — (qui quidem ipsi videntur illud Olympii nomen ei indidisse) in usum suum convertisse voces ejus singulares seu si quae crebrius iterarentur (ut illud *εἰς τὸ δέον ἀνηλώμενον*, quod etiam post Periclis obitum paene in usum cotidianum abiisse videtur — cf. Aristoph. Nubb. 859 *ὥσπερ Περικλέης εἰς τὸ δέον ἀπώλεσα*) seu insolentiora per parodiam notasse per se non absonum est. An illuserint metaphoras ut illam qua Aeginam *λήμην τοῦ Πειραιέως* vocabat, haud satis jam liquet pro reliquiarum exilitate. Singula verba ab oratoribus composita vel in alias significationes translata[27]) quam diligenter notarint

---

25) Quantum vero nihilominus etiam postea valuerint chresmologi intellegitur, ut alia omittam, ex vaticinio quod proferebatur post cladem apud Aegospolamum acceptam. (Paus. X 9 1: et Sibyllae et Musaei vaticinium).

26) Dico Hermippum inprimis et Teleclidem Cratinumque. — De Pericle oratore cf. Westermann I 34 - 35. Plut. Per. 8, 15. Cratinus Incert. fab. 4

ὦ μεγίστη γλῶττη τῶν Ἑλληνίδων.

Eupolid. Demorum fr. 6.

27) Quod cum adulescentes plerumque videantur habuisse „politiorem humanitatem" (cf. fr. 16. vs. 7, 8) ipse comicus nugas (*τερθρείαν*) vocat.

ostendit fragmentum Daetalens. Aristoph. 16 ubi filius cum patre disputans impudentissime eum vocat *σορέλλην·* ubi ille: *ἰδού, σορέλλη, τοῦτο παρὰ Λυσιστράτου,*" tum verbum *καταπλίσσομεν* usurpat adolescentulus, quod de oratoribus desumptum dicit senex; denique *ἀποβύω*, quod in Alcibiadis fabrica confectum esse dicit. — Voces singulares, ex fabrorum opificiis translatas[28]) non tam propterea puto insertas fuisse Cleonis sermoni ab Aristophane (Eqq. 463 sqq.) ut quam maxime vilem exhiberet illius indolem, quam ut p a r o d i a s singularium vocum, quales ille in concionando adhibere adamasse videtur; alioquin non intellego cur chorus equitum exhortetur venditorem farciminum, ut et ipse talibus utatur vocibus laudetque easdem usurpatas.

Specimina singulorum Demosthenis ex orationibus per parodiam irrisorum quamvis pauca sunt pro reliquiis comicorum, tamen satis indicant etiam tum comicos[29]) diligenter notasse quidcunque in orationibus seu singulare seu novatum insolentiusque praeferretur. Quae quidem Aeschines (contr. Clesiph. p. 354 Müller II 127) objicit Demostheni verba minus probanda immania, ut haec: *ἀμπελουργοῦσί τινες τὴν πόλιν ἀνατετμήκασί τινες τὰ κλήματα τοῦ δήμου, ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τῶν πραγμάτων, φορμορραφούμεθα, ἐπὶ τὰ στενά τινες ὥσπερ τὰς βελόνας διείρουσιν* ... haec non in comicorum maxime notitiam incidisse quis est qui dicat? Utinam Athenaeus aliud qnidquam sibi proposuisset quam cenae apparatum ex comicorum maxime copiis illustrandum! — Memorat quidem Plutarchus (vit X orat. pag. 845 b.) jusjurandi insolentiorem speciem a Demosthene in orationibus usurpatam irrisam a Comicis. Meinek. Antiphan. incert. fragm. 75 Timocl. incert. fr. 4 „*μὰ γῆν μὰ κρήνας, μὰ ποταμούς, μὰ νάματα.*" Lucu-

28) v. 462 *ταυτὶ μὰ τὴν Δήμητρά μ' οὐκ ἐλάνθανεν*
τ ε κ τ α ι ν ό μ ε ν α τὰ πράγματ', ἀλλ' ἠπιστάμην
γ ο μ φ ο ύ μ ε ν' αὐτὰ πάντα καὶ κ ο λ λ ώ μ ε ν α.
478 *καὶ τὸκ Βοιωτῶν ταῦτα σ υ ν τ υ ρ ο ύ μ ε ν α.*

29) cf. Plutarch. Demosth. cap. 9 — *ἐπεὶ τόλμαν γε καὶ θάρσος οἱ λεχθέντες ὑπ' αὐτοῦ λόγοι τῶν γραφέντων μᾶλλον εἶχον εἴ τι δεῖ πιστεύειν Ἐρατοσθένει καὶ Δημητρίῳ τῷ Φαληρεῖ καὶ τοῖς κωμικοῖς.*" — *τῶν δε κωμικῶν ὁ μέν τις αὐτὸν ἀποκαλεῖ ῥωποπερπερήθραν*" ...

lentissima profert specimina Athenaeus (IV. 223 e — 224 a). (Apud Meinek. Antiph. Neottidis fr. 2. Alexidis Stratiota fragm. unic., ejusdem Adelphorum fr. 7. Anaxilas Euandriae fragm. unic.); Nimirum Demosthenes in oratione (anno 343 ol. 109. 2) habita de Haloneso[30]) insula illud inprimis Athenienses cavere jusserat, ne insulam reciperent nonnisi r e d d i t a m a Philippo, minime vero ratione doni, cum peculium fuisset Atheniensium[31]). Apud Antiphanem igitur l. l. servutus aliquis

A. ὁ δεσπότης δὲ πάντα τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς
ἀ π έ λ α β ε ν, ὅσαπερ ἔλαβεν. B. ἠγάπησεν ἂν
τὸ ῥῆμα τοῦτο π α ρ α λ α β ὼ ν Δημοσθένης ....

Alexis l. l.

ἀ π ό λ α β ε. B. τουτὶ δ' ἐστὶ τί; A. ὃ παρ' ὑμῶν ἐγὼ
παιδάριον ἔλαβον ἀποφέρων ἥκω πάλιν.
B. πῶς; ουκ ἀρέσκει σοι τρέφειν; A. οὐκ ἔστι γὰρ
ἡμέτερον. B. οὐδ' ἡμέτερον. A. ἀλλ' ἐδώκατε
ὑμεῖς ἐμοὶ τοῦτ'. B. ο ὐ κ ἐ δ ώ κ α μ ε ν. A. τί δαί;
B. ἀ π ε δ ώ κ α μ ε ν. κ. τ. λ.

Apud Anaxilam l. l. accedis jurisjurandi supra allati parodia.

A. καὶ τὰς παλαίστρας σοι μὰ τ ὴ ν γῆν μή σύ γε
δ ῷ ς, ἀ λ λ' ἀ π ό δ ο ς. B. καὶ δὴ φέρουσ' ἐξέρχομαι.

30) Orationem de Haloneso Demostheni cui vulgo abjudicatur, vindicavit B. G. Weiske Lubbenae., — (annus non additus est) argumentis usus ut videtur satis idoneis. p. 24: „Nam Demosthenes quidem miris modis multa in verbis vel pangendis vel conjungendis novaverat" et 9 sq.

31) cf. *περὶ Ἁλοννήσου* ed. Bekker. 2: *Φίλιππος γὰρ ἄρχεται μὲν περὶ Ἁλοννήσου λέγων ὡς ὑμῖν δ ί δ ω σ ι ν, ἑαυτοῦ οὖσαν, ὑμᾶς δὲ ου φησι δικαίως αὐτὸν ἀπαιτεῖν* 5. „nec fallit eum vos, utro voce usi fueritis, habituros esse insulam, *ἄ ν τ ε λ ά β η τ ε, ἄ ν τ' ἀ π ο λ ά β η τ ε.* Quid igitur illius interest ut non r e d d e r e velit insulam, justo usus nomine, d o n o d a r e vero?

§ 4.

Non hujus est disputationis, indagare quae et quanta fuerit inter Atticos homines notitia sententiarum et placitorum eorum quae deinceps a Zenone et Anaxagora sua quidque ratione edita sunt in urbe; quod quidem, cum in meam rem gravissimum sit quasi adminiculum, a nemine, quantum equidem scio, dedita opera tractatum et ad lucem quandam perductum est. Etenim cum in eis, quae adhuc proposuimus planum sit, omnibus fere civibus satis notam seu notissimam fuisse materiem quam diximus unde parodias suas hauserint Comoediae scriptores, diversissima est res in hac ultima capitis alterius particula. Nonnulla[32]) quidem scriptis mandata praesto erant, ut Anoxagorae de rerum natura liber[33]); alia, pro ratione qua a professoribus illis (cui a Platone demum sophistarum nomen ut proprium et peculiare tribuebatur) docebantur seu in singulorum domibus seu in gymnasiis[34]); quae quidem accurate distinguamus oportet ab eis quae vulgo in viis forisque ferebantur et in consuetndine volvebantur; quae quantopere soleant abhorrere a certa et nativa sententiarum philosophorum specie, non est quid moneam. Eadem ceterum ipsa haud dubie sunt quae dixeris fontem primarium fuisse vel viam principalem, qua plerumque ad hominum in universum cognitionem venerint quae venerunt; quae quidem cum haud dubie essent talia quae insolentiora plebi apparebant, tum praebuisse materiam principalem et fere unicam eam, quam comoediae scriptores in usum suum convertere, dico per parodiam perstringere et poterant et volebant. Tenendum igitur

32) Alia quidem peculiari ratione in fabulis Euripideis.

33) Quem quidem quam pauci Socratis qnidem temporibus evoluerint intellegere licet ex Platonis Apologia Socratis.

34) Documento sunt, ut alia omittam complurium Platonis dialogorum loci disputationum — quibus adde vers. Aristoph. Vespp.

526 νῦν δε τὸν ἐκ θἠμετέρου
γυμνασίου λέγειν τι δεῖ
καινόν.

placitorum philosophicorum apud comoediae scriptores parodiam conjunctam fuisse necessario quodam vinculo cum ratione notitiae ipsorum per vulgus extantis; quamobrem non licet irasci comicis pro ratione notitiae rerum philosophicarum, nec mirari speciem qua protulerint quae ederunt. — Denique quam maximopere peto a lectorum benevolentia ne aegre ferant tantillum hominem tangere quae a tot tantisque viris tractata aliquibus ex partibus ad finem perducta esse videantur; etenim aliud est, integram reddere disputationem, aliud, temerarias inventiunculas quasi cum vi undique cogere et pannosam quandam versicoloremque vestem contexere.

Atque quidem[35]) Cratinus in *Πανόπταις* Hipponem[36]) physicum illusit propter rerum physicarum haud dubie doctrinam, quod cum ex ipso nomine *Πανόπτων* elucere videatur, minus liquet an certam et definitam sententiam parodiae ratione irriserit. Etenim quod apud Schol. Aristoph. Nubb. 96 legimus ipsum jam Hipponem a Cratino propter id ipsum irrisum fuisse, quod coelum *πνιγέα*[37]) vocaverit, minus lucidum est quam cupimus.

Jam vero breviter disputandum est de irrisis, nempe per parodiam traductis ab Aristophane sententiis in Nubibus; qua quidem in re eis, qui quaesiverint an post summos viros Wolffium Hermannum Reissigium Grotium, tum Kockium Teuffeliumque, ego *τυννουτοσὶ* novi meliorisve aliquid prolaturus

35) Indicare quidem consentaneum est locum illum Epicharmi comici apud Diog. Laert. III 12 quibus adde disputationem Leop. Schmidtii in Annal. Gotting. 1865 particul. 24 et ibi pag. 942 sqq. Censet vir doctus iste Epicharmum introduxisse convivas duos, quorum alter Eleaticis, alter Heracliticis favebat placitis. Quantam utriusque doctrinae irrisionem institurus fuerit Epicharmus, nescio. —

36) cf. Brandis Handb. I. 121.

37) Apud unum quidem Origenem (advers. Phil. 16) traditur de placitis quae fuissent Hipponis de ignis momento in formandis rebus, cum in ceteris Thaletis de umido sententiam suam fecisse dicatur,

sim, respondeo id quidem minus [38]) necessarium mihi videri post Georgi Grotii censuram maxime egregiam (hist. of Greece. v. VIII c. 67 et 68 ed. III), sed precor teneant rationem libelli mei, pro qua quaerendum est non de hominum insectationibus, sed sententiarum quarundam imitatione. Aristophanes quidem rem ita instituit ut in omnibus quae de rebus physicis proferantur, non tam contorqueantur in ipsius docentis hominis ore sententiae quam in ludicrum vertantur opposito vili agrestique Strepsiadis sermone. Ac de fontibus quidem ad quos illa pertineant inquirere, aliud est, quam conjicere de via, qua Aristophanes ea receperit, qua in re minime putandus est multa ex ipsis fontibus hausisse; nonnulla quidem ex Euripideis fabulis, pluriora vero ex consuetudine civium in foris plateisque et eis quae ab adulescentulis in palaestris volve-

---

38) Brentano quidem (Untersuch. üb. d. gr. Dr. 1871 part. I de Nubb.) protulit, quorum nihil fere non videatur mihi quidem minus probandum, ut inventiuncula quam (p. 76) profert; nimirum Nubes traditas nec priores nec alteras esse sed contaminationem (!!) illarum, quarum utraque fabula maxime abhorruisset ab alterius specie; cum in prioribus Nubibus Socrates cum sociis irrisus fuerit, in alteris Nubibus Prodicus cum Protagora; quam fictionem struxit in alterius fundamento fictionis. Nimirum τὴν διασκεύνην (in argum. I Nubb.) non esse retractationem illam unicam quam habemus ut equidem opinor, sed secundam denotare retractationem. Mitto rem istam, cum sola Platonis Apologia Socratis, cujus auctoritatem frustra tentavit inminuere et convellere satis mihi videatur esse ad omnem ejus disputationem refellendam. Argumentorum, qualibus utitur Brentano unum addo specimen (p. 80). „Die Unmöglichkeit dass im 5. u. 4. Jahrhdt. v. Chr. die Zeitgenossen hätten Socrates mit den Sophisten confundieren sollen, erscheint uns a priori als viel zu evident, als dass wir etc. Atqui est qui dicat plebem Atticum, cum per paucos annos novatores illi in docendo in singulorum quidem domibus plerumque versati fuissent et ipse Socrates per annos nonnullos deinde a Chaerephontis oraculo — refutando omnium ordinum homines — invidiam quam acerbissimam in se excitavisset, non hunc et illos aeque nebulones habuisse? Praetermitto quidem illud quod minus liceat pro historiae ratione putare Atticos homines anno 423 voce Sophistarum omnino distinxisse Prodicum Hippiam Protagoram a Socrate. Etenim minime curabat plebs accurate inquirere quid Socrati, quid illis placeret, licet omnium haud dnbie quos Sophistas vocaverunt maximopere oderint Socratem, (cf. Amipsiam in Conno fr. I, fabula et ipsa anno 423 docta ubi Socratem cum ceteris φροντισταῖς Protagora (fr. V.) excepto, exhibuisse videtur). Add. Eupolid. Incert. fab. fragm. 10 et 11.

bantur. Multi etiam his temporibus nota habent verba vocesque ut illa Darvinistarum „natürliche Zuchtwahl", „Kampf ums Dasein", vel quorundam „Kraft und Stoff", alius „der Wille zum Sein" quae ita circumferuntur ut omnibus fere nota sint, cum minime vero omnes in manibus habuerint libros, unde hausta sunt. Accedit quod apud Atticos homines veteres victus multo magis is erat quem publicum dixeris et consuetudo civium multo magis necessaria invicem. Atque quidem Nubb. 95

— „ἄνδρες, οἳ τὸν οὐρανὸν
λέγοντες ἀναπείθουσιν ὡς ἐστὶ πνιγεὺς
κἄστιν περὶ ἡμᾶς οὗτος, ἡμεῖς δ' ἄνθρακες",

physicae parodia est sententiae quam utrum ad Anaxagoram an ad Diogenem Apolloniatam ut fontem originalem relegaveris, nil ad hanc rem [39]). Ad Anaxagoram pertinent haud dubie quae de aere proferuntur (264 sqq.) ex Euripidis haud dubie fabulis cognita, nec non illa de circumvolutione (δίνῃ) et de generatione imbrium, item de tonitru ac fulgure, (ubi quidem parum tutum mihi quidem videtur accurate statuere velle, quantum illa per urbem disseminata fuerint) etiam Hippiae Elei ex disciplina forte nota. Quae de rebus metricis breviter tanguntur, quae de nominum genere, nec non quae de ratione ἥττονα λόγον κρείττω ποιεῖν proferuntur, ad Protagoream disciplinam pertinere videntur. — De hisce vero singulis satis disputatum est ab aliis, nec non multum quidem de ratione quae intercedat inter Platonica quaedam placita et Aristophanis Ecclesiazusas, vel [40])

---

39) Etenim absonum mihi videtur putare Aristophanem diligenter inspexisse libros (cf. pag. 24) et accurate inquisivisse de diversitate sententiarum et quasi eruditionem suam proposuisse in Nubibus, cum omnes illos nugatores habuerit. — Quod Kockius Ed. II Nubb. ad vs. 380 dicit non cogitandum ibi de δίνῃ Anaxagorea, minus recte dicit; cf. Brandis, Handbuch I 259 sqq.

40) Aliis quidem nulla videtur intercedere ratio; aliis vero, ut Meinekio ita plana videtur res esse, ut ea utatur pro argumento in aliud quidquam comprobandum. (Hist. crit. com. p. 288). Similiter judicat in praetereundo Zorn „Ueber das Verhältniss des Aristophanes und Socrates", Bayreuth 1845 p. 10. — Arctissime vero cohaeret integra quaestio cum illa de Reipublicae Platonis temporibus et structura. Atque ipse C. F. Hermannus (p. 539) concedit speciem Reipublicae qualis nobis tradita sit, luculentissima praebere vestigia quorum opera efficiatur opus confectum fuisse.

an ulla utique intercedat ratio; quam rem pro instituto libelli non praetermittam, ita vero ut, quae pro veri similibus habeam, breviter proponam, cum copiosior rei pertractatio proprium et peculiarem sibi deposcat libellum. — Zastra (De Aristophanis Ecclesiazusarum fabulae temporibus atque consilio Vratisl. 1836) negat rationem ullam intercedere, argumentis vero usus parum idoneis; scilicet multis discrepare numeris quae apud Aristophanem et quae apud Platonem inveniantur. Discrepant sane; quid vero magis proprium et quasi munus est comicorum quam exaggerare et ad turpitudinis quandam speciem detorquere

temporibus diversis et ratione ea quae penitus sit diversa a successu temporum isto quo confici soleat quidque opus aliquantum majus. — Libros V—VII haud dubie (pag. 540) insertos fuisse postea inter libros II—IV et VIII—X, quibus magis fuerit comprobanda sententia de mulierum communione et earundem participatione in muneribus civilibus omnibus, (— quod antea leviter tantum nec fusius expositum fuisset) ut redarguerentur quae adversarii objecissent non posse fieri ut exequaris talem doctrinam, et eam parum utilem. Haec est Hermanni sententia. — Accedit Gellianum illud (Noct. Att. XIV 3) de „duobus fere libris qui primi in volgus exierant.“ — Tale quidquam probabile videtur etiam P. Schustero (Heraclit und Sophron in Platonischen Citaten Mus. Rhen. 1874 p. 617 sqq.) nimirum priorem Reipubl. particulam, complectentem copiam certae amphitudinis, editam fuisse aut paullo ante aut paullo post primum iter a Platone in Siciliam factum. — Equidem puto multas fuisse causas, quibus commotus satis mature scribere debuerit librum aliquem in quo tandem exponeret cum de notione justi tum de ratione, qua demum tranquillitas et omnium ordinum concentus institueretur in republica. Quorum quidem prius quasi restitit sibi ex Socratis disciplina, qui rem minime expleverat, alterum autem intellegitur ex ipsius Platonis rebus gentilibus et rerum deinde a puero gestarum in republica serie; cujus quidem rei deprehenduntur vestigii in compluribus dialogis ante annum 392 ut videtur conscriptis. Huc pertinet frequens illa sententia de eo quod Themistocles Pericles aliique in republica summi viri ne filiis quidem rectam rationem instituendae reipublicae tradidissent. Alcib. I p. 118 Meno. p. 93 item in Protagora. — De malo quod sit in factionibus civitatis, Alcib. I p. 127 sqq. (bene constitutum fore rempublicam tum primum cum suum quisque acturus sit, alioquin nunquam unitatem in civitate fore). Accedit Clitopho (quem cum G. Grotio tribuo Platoni et puto conscriptum ante ea quae Reipublicae priora ediderit Plato.) pag. 409 „illud esse munus justitiae proprium amicitiam et concentum in civitatibus efficere.“ Puto igitur in prioribus illis a Platone editis infuisse cum universam rationem constituendi civitatem, tum de mulierum in civitate muneribus, — brevius tamen — quam rem postea fusioribus argumentis denuo elaboravit ...

materiem quam tractant? — Praeterea neglexit Zastra omnino, accuratius inquirere de universa Reipublicae Platonis ratione et structura. — Zimmermann „De Aristophanis et Platonis amicitia aut simultate“ — Marb. (annus non additus est) cum et ipse idem, quod Zastra, negat, tum eadem fere parum certa quae Z., profert; peculiaria vero quae profert, ea sunt quae certissime cum mea faciunt sententia, quod infra fusius disputabitur. Uterque quidem Laconum rebus utitur pro perfugio ubi minus videntur res quadrare in sententias suas. Denique dubitare me dico an justa rectaque utique sit ratio quaestionis, quam C. F. Hermannus (Geschichte und System der Platonischen Philos. I 590 sqq.) profert; nimirum an revera tam insignis tum fuisse putandus sit Plato, ut integram adversus eum conscribere potuisset Aristophanes fabulam? Tum necesse fuisse nominaverit eum ut efficeret quae sibi vellet. Rem insolentissimam sane potuit, imo debuit in usum suum convertere comicus, minus habita ratione an hic illeve fuerit auctor; et nominari quidem Platonem (Eccl. 647) *εἴ σε φιλήσειεν Ἀρίστυλλος φάσκων αὐτοῦ πατέρ᾽ εἶναι*“ — probabile reddit Meinekius, argumentis usus, ut solet, certissimis. Hist. crit. p. 288.

Atque quidem sententiarum illarum satis insolentium pro Atticorum hominum ratione aliae leguntur hodie quidem in libro III (p. 416 d.): custodes debere omnes carere peculiari re familiari atque uti communi victu, qui a civitate (nimirum opificibus agricolisque) praebendus sit. — Concubitus (libr. IV p. 424) et liberos procreandi potestatem non amplius debere singulis pro arbritrio licere. Indoles autem custodum ut eadem in ratione perduratura sit, curandum esse eo, quod eadem ratio educationis semper adhibeatur. Tum fore (p. 425) ut — quod nunc frustra quaesiveris — ut omnes adulescentes debita pietate colant seniores in civitate viros.“ Fusius eisdem de rebus agitur [41]) deinceps ab initio libri V: (ubi quidem, cum ea, quae disputat Plato de quaestione, an possit omnino revera constitui ejus-

41) Ac satis abrupte quidem; nimirum cum Socrates in eo est, ut exponat de diversis reipublicae in universum speciebus, Adimantus et Polemarchus petunt a Socrate, ut fusius agat de mulierum liberorumque communione.

modi ratio mulierum, tum aliae[42]) sententiae videntur mihi indicare jam antea publicata ista;) scilicet mulieres debere eisdem in rebus erudiri quibus viri. Etenim non habere diversam indolem utriusque sexus homines pro sexus diversitate; an eo inclusa mulierum munera ut placenta conficiant texantque? Immo licet in universum aliquantum debilior sit mulierum natura, nullum tamen esse in republica munus civile cujus non et ipsae mulieres (custodum) fiant participes dummodo teneas, esse inter mulieres easdem, quae inter viros, diversitates. — Tum liberorum procreationem ita esse instituendam, ut nemo nec vir nec mulier partum suum quisque cognoscat postea; nimirum magistratibus ita instituendas esse sortitiones ut optimis quibusque utriusque sexus fiat consuetudo; infantes post ipsum partum in communi quadam domo nutriendas ita ut suam nulla cognoscat. Fines procreandi debere esse virorum annum XXX et LV, mulierum annum XX et XL. (Quos fines qui excesserint eis licitum fore invicem miscere). Omnes itaque qui XVIII menses nati fuerint postquam sortitio aliqua concubitus instituta fuerit, ab illis habitum fore liberos, cum ipsi eos habituri sint patres matres que, seniores autem avos aviasque, ut summa usquam inter juniores pietas effecta foret. Quod cum factum fuerit fore ut desinant esse civitates in civitate, gavisis aliis, aliis maestis propter easdem res, ubi audiatur illud meum et non meum; liberam fore urbem a seditionibus omnibus; non

42) Sententiae nimirum quas praemittit expositioni Socrates, indicare mihi videntur eandem doctrinam jam anitea in vulgi cognitionem venisse: 450 c. Maximam quidem ἀπιστίαν visum fore inesse in eis quae quam secutura sint; fore qui dubitent an exequi possimus omnino quae proposuerim. — — Non ridiculum sese apprehendere quod quidem puerulorum sit .... paullo infra: (452) nonnulla fortasse ridicula visum fore si executus fuerit ut ipse proposuerit ..... non metuendas esse facetorum hominum irrisiones quas edituri sint contra ejusmodi commutationem ..... „Petamus ab hominibus istis ne faciant quae facere solent (τὰ αὑτῶν), ne agant solito more. Stultum esse qui ridiculum putet aliud quidquam praeter malum, vel qui conetur risum movere nisi adversus stulta malave. — Quid nam de hisce Zimmermann? Platonem voluisse cavere ne quae jam prolaturus esset, similia visa futura essent eis quae aliquando ab Aristophane comico prolata fuissent!

amplius miseriam paupertatis, non amplius aera aliena nec causas fore apud judices quibus non amplius futurum sit opus. — Haec fere Platonica sunt ea quae in rem faciunt. — Apud Aristophanem quidem quod expectaris, omnibus in rebus deprehenditur exaggeratio, ita ut non participes modo sed soli rerum rectores factae sint mulieres; bonorum in unum fit coactio, nulla jam miseria, nullus labor nulla aera aliena, ut Praxagora edocet conjugem Blepyrum, (v. 590 sqq.) ita ut non amplius alius miser, alius felix futurus sit et mulieres quidem (v. 614) communes

καὶ ταύτας γὰρ κοινὰς ποιῶ τοῖς ἀνδράσι συγκατακεῖσθαι
καὶ παίδοποιεῖν τῷ βουλομένῳ.“

Quid vero mirum, quod pro ubera inventione comicus avidissime arripuit eam praecipue rem et ad summam petulantiam et lasciviam contorsit?[43]) In qua quidem re deprehendere mihi videor subditam irrisionem potestatis illius libere miscendi post annorum quendam numerum exactum. Inter luculentissimos quibus liquet irrisio Platonicorum versus sunt Eccl. 635 Blep.

πῶς οὖν οὕτω ζώντων ἡμῶν τοὺς αὑτοῦ παῖδας ἕκαστος
ἔσται δύνατος διαγιγνώσκειν; Prax. *τί δὲ δεῖ; πατέρα γὰρ ἅπαντας*
τοὺς πρεσβυτέρους αὑτῶν εἶναι τοῖσι χρόνοισι νομιοῦσιν.

Ubi Blepyrus in ludicrum rem detorquens: Nonne tum quoque in patrum etiam ignotorum gremia cacabunt infantes? Sortitionis indicia habes in versibus 836, 999. Ad ipsum Platonem autem (praeter vs. 647) alludere mihi videtur Aristophanes in versibus 9 sq.

571 *νῦν δὴ δεῖ σε πυκνὴν φρένα καὶ φιλόσοφον ἐγείρειν*
φροντίδ᾽ ἐπισταμένην κ. τ. λ.
574 *κοινῇ γὰρ ἐπ᾽ εὐτυχίαισιν*
ἔρχεται γλώττης ἐπίνοια κ. τ. λ.
578 *δεῖται γάρ τι σοφοῦ τινος ἐξευρήματος*
ἡ πόλις ἡμῶν.

43) Anne irasceris artificibus eis quos nos „caricaturarum“ vocamus pictores, quod non justam et aequam efficere soleant similitudinem?

v. 1154 *σμικρὸν δ' ὑποθέσθαι τοῖς κριταῖσι βούλομαι·*
τοῖς σοφοῖς μέν, τῶν σοφῶν μεμνημένοις κρίνειν
ἐμέ, κ. τ. λ.

Frustulorum quae praeterea placitorum philosophicorum deprehenduntur in fragmentis Comicorum, non inutilis mihi videtur conquisitio. — Theopompus in Hedychare fr. 2.

Ἓν γάρ ἐστιν οὐδὲ ἕν
τὰ δὲ δύο μόλις ἕν ἐστιν, ὥς φησι Πλάτων.

quibus irridere videtur (— locum Meinekio debeo) quae satis obscura visa fuerint in Platonis Phaedone p. 104 disputata de contraria invicem idea paris et imparis. Apud Eubulum (Sphingocario, I) aenigma proponitur de Callistrato demagogo (Iphicratis collega ann. 373)

Ἔστι λαλῶν ἄγλωσσος, ὁμώνυμος ἄρρενι θῆλυς κ. τ. λ.
v. 4 *ἓν δ' ἐστὶν καὶ πολλά, κ. τ. λ.*

quae videtur mihi esse irrisio Platonici[44]) de rerum sensibus objectarum multitudine ac idearum unitate placiti frequentissime in dialogis prolati. Quantum doctrinarum inseruerit Platonicarum Aristophanes fabulae ei quam Platonis nomine inscripsit scire non licet pro exilitate reliquiarum. Prae ceteris comicis multam operam dedisse videtur cum philosophandi universi tum Platonis irrisioni Alexis[45]) comicus. In Milcone irridet Platonis de stabilitate speciei idearum (*τὸ μονοειδὲς τῶν ἰδέων*) doctrinam: *τἀγαθὸν Πλάτων*

---

44) Quantum curarint Athenienses posterioribus quidem Platonis temporibus intellegere et comperiri quid doceret quove modo se haberet Plato in hortis suis documento sunt versus Epicratis comici incert. fab. fr. 1. Apud Ephippum in Nauago describitur vestitus discipuli alicuius Platonis. Anaxilas irrisit Platonem in fabulis Circe Botrylione Plusiis Diog. L. III 28, Ophelio comicus incert. fab. fr. 2: — „*βίβλιον Πλάτωνος ἐμβρόντητον.*“

45) Alexis in Ancylione: loqueris de quibus nil intellegis, ut Plato. Diog. L. III 27. Idem Comicus laudat (Hippeus fr. I) Demetrium aliquem quod legem tulisset (vel ferre conatus esset) secundum quam omnes philosophi ex Attica relegandi fuissent. cf. Casaub. ad Athen. XIII 610 e. Quod Platonem quidem maxime odisse videantur comici, nil mirum videbitur cum perlustraveris quae Plato in Republ. sua cum de universa poesi, qualis quidem adhuc extitisset, tum de comoedia ex sua civitate pellenda disputaverat.

ἁπανταχοῦ φησ' ἀγαθὸν εἶναι, μανθάνεις;
τὸ δ' ἡδὺ πάντως ἡδύ, κἀκεῖ κἀνθάδε.

Idem in Olympiodoro Platonis de immortalitate animarum doctrinam traducit. — —

A. σῶμα μὲν ἐμοῦ τὸ θνητὸν αὖον ἐγένετο
τὸ δ' ἀθάνατον ἐξῆρε πρὸς τὸν ἀέρα.
B. τοῦτ' οὐ σχολὴ Πλάτωνος;

Imitationem subditam Convivii Platonis an habeamus in Phaedri ejusd. fabula fr. 1 nescio.

„*Πορευομένῳ δ' ἐκ Πειραιῶς, ὑπὸ τῶν κακῶν*
καὶ τῆς ἀπορίας φιλοσοφεῖν ἐπῆλθέ μοι
καί μοι δοκοῦσιν ἀγνοεῖν οἱ ζωγράφοι
τὸν Ἔρωτα, συντομώτατον δ' εἰπεῖν ὅσοι
τοῦ δαίμονος τούτου ποιοῦσιν εἰκόνας .....

Apud Antiphanem in Cleophane fr. 1 specimen editur disputationis qualem edant „sophistae“ — in versibus qui speciem planissimam dialectices exhibere videntur Eleatices.

v. 5 *τὸ πρᾶγμα τοῦτ' οὐκ ἔστιν εἴπερ γίνεται*
οὐδ' ἔστι γάρ πω γινόμενον, ὃ γίνεται·
ἔστιν γὰρ οὐκ ὂν οὐδέν· ὃ δὲ μὴ γέγονέ πω
οὐκ ἔστ', ἕωσπερ γέγονεν, ὅ γε μὴ γέγονέ πω—
ἐκ τοῦ γαρ εἶναι γέγονεν· εἰ δ' οὐκ ἦν ὅθεν,
πῶς ἐγένετ' ἐξ οὐκ ὄντος; κ. τ. λ.

Παλαιά, Plato (Rep. X p. 607 b.) inquit, *διαφορὰ φιλοσοφίᾳ τε καὶ ποιητικῇ.* —

FINIS.

Vita scriptoris.

Natus sum Ernestus Theophilus Sihler anno hujus saeculi LIII mensis Januarii die II, in urbe cui nomen est Fort Wayne, Indianensi, Americae septentrionalis, **Patre Guilielmo**, Ph. D. inter ecclesias Lutheranas urbis pastore seniore, **Matre Susanna,** e gente Kerniana; quorum quod uterque mihi superstes est, inter gravissimas mihi est causas DEO agendi gratias. Litterarum notitia patris carissimi in gremio instructus scholam adii **Wolfii** magistri dum vixit omnibus carissimi deinde **Wildii Kunziique** quos grato animo memoro. Decimo vitae anno, maxime elato animo, frequentare coepi gymnasium prope urbem patriam situm,. cui nomen est Concordiae quodque regitur Synodi Lutheranae Missouriensis auspiciis et hoc tempore floret **Hansero** rectore. In eo per VII annos disciplina fruebar cum **Patris** carissimi, gymnasii praesidis, tum exacta **Saxeri** tum rectoris, **Langii Achenbachii Stubnatzyi**, denique ejus viri qui quodam antiquitatis amore animum meum imbuit, **Georgi Schickii**. — Anni LXIX aestate rite cum sodalibus gratissimis, quos jam salvere jubeo, ex prima classe egressus in urbem St. Ludovici Missouriensem me contuli, ubi per tres annos rebus theologicis deditus scholis intereram viri et pietate et doctrina praestantis **Gualteri** tum **Braueri Craemeri Schmidtii** aliorum. Anni LXXII vero auctumno factum est quod et maximopere mihi exoptaveram et vix fore speraveram, nimirum ut in Germaniam me conferrem et universitatem primo loco adirem Berolinensem. In ea per tria semenstria scholis interfui **Hauptii Huebneri Kirchhoffii Bonitzii Kieperti Droyseni Mommseni Wattenbachii Michaelis;** Huebnerianae per tria semenstria societatis philologicae fui sodalis, et ipse **V. Cl.** librorum et consiliorum copia comiter continuo fere me adjuvit. Anni LXXIV tempore verno in Lipsiensem transmigravi universitatem ubi scholis adscriptus eram aestivis **Ritschelii Drobischii Voigtii, Ahrensii** dum praelectt. habuit gravissimis, **Schusteri Hirzelii** philosophicis **Delitschii** geographicis. Hoc semenstri quod jam agimus hiberno, litterariorum meorum in Germania peragendorum laborum ultimo, audio **Curtium Overbeckium Langium Fritschium Windelbandtium.** Sodalis eram Ritschelianae societatis philologicae extraordinarius, Schusteri philosophicae ordinarius. **Uterque vir** maxime benignum sese praebuit mihi. Quibus adeo, nec non omnibus quorum deinde a puero disciplina et doctrina fructus sum, et eis qui trans oceanum sunt et qui cis gratias quam maxime sinceras habeo et semper habebo. — Scribebam Lipsiae V. die mensis Febr. LXXV.